

mino, etiam si de vera numeratione non constet, vt contra Bartol in d. s. fi. nu. 7. tenent Doctor, ibidem, & testatur communem contra Bart. in hoc, l. a. sibi num. 23. & Curt. Junior, qui late defendit communem, num. 26. & contra Bart. etiam in hoc tenent plures relati per Roderic. Suarez in l. post rem indicatam, in verso. quia supra visum est, ff. de re iudic. vbi eius additio refert Decium dicentem communem contra Bart. communem quoque; & veriorum contra Bart. dicit Alex. in l. a. duo Pio, s. sed si emtor, num. 12. ff. de iudicat. Ergo ita & eodem modo licet exsequator testamentarius, qui habet mandat ad vendendum, non possit confiteri se recepisse, nec confitendo praedicta defuncto & eius bonis. attamen si testator dicit, dicat, quod possit confiteri, vel quod solutio fiat ad voluntatem testamentarij, bene praedicta confessio testamentarij defuncto & eius bonis per supradicta: Quia sicut recipiendo vere pecuniam pretii potuit consumendo eam in propriam suam utilitatem, vel in alios vsus praedictare domino & defuncto per ea, quae supradicta sunt: Ita etiam confitendo, licet non conuertat in utilitatem domini, quod confitetur recepisse, quandoquidem habet mandat ad confitendum: haec ratio colligitur ex dictis per Cur. Iun. in l. 2. s. fi. nu. 25. ff. de cert. pet.

Et ipse procurator seu exsequator tenebitur domino ad rationem reddendam, vt in l. qui proprio, s. procurator in ceteris, ff. de procurat. & in l. 20. tit. 12. par. 6. Hae sunt quae me mouent, vt existimem, dictum Barth. absoluentem esse & liberandum ab hac lite & causa, saluo meliore iudicio. Placentiae mense Augusti, anno Domini 1567. haec lis & causa fuit decisa per iudicem ordinarij huius ciuitatis Placentiae 17. mensis Octob. d. anni, me absente, quia era in curia Regali, & dictus iudex vidit totam meam hanc informationem iuris, quia ei fuit tradita per dictum Barth. cuius ipse fuit aduocatus & patronus in hac causa & protulit sententia, in qua absoluit & liberavit d. Bartholomeum a petitis per adtricem & consortes, & declarauit dictu officium Rectoriae, super quo lis erat, pertinere ad dictum Bart. & esse suum, tam virtute clausulae testatoris patris sui, quam virtute gratiae & indulti de praedicto officio sibi per nostrum Regem factae, & reseruaui hereditibus testatoris eius suum saluum contra praedictam testamentariam, & non fecit condemnationem expensarum; Itaque sententia fuit in fauorem meae partis & conformis supradictae meae iuris informationi.

Et certe cum fui in dicta curia Regali, consului doctissimum virum Regium consiliarium super hoc casu, referendo ei clausulam supradictam testamenti, & fundamenta pro & contra facientia & mihi respondit, me recte patrocinasse in fauorem d. Barthol. atque eum sine dubio fouere iustitiam, & proferendam fore sententiam in eius fauorem. Quod quidem mihi valde placuit, & ob id letatus fui plurimum, vt pote haberem meae opinionis hominem tantae auctoritatis confortem, & ita contigit, quod postea duab. sententijs conformibus, latis in Regali cancellaria Vallisoleta, in gradu appellationis & supplicationis praefata prior sententia confirmata in totum fuit.

SVM M A R I A.

- 1 Liberatio facta vni reo debendi, prodest correis, si socij sint, alias secus.
- 2 Rei debendi vel credendi quando dicantur socij, & quando non sint socij.
- 3 Liberatio seu quietatio facta vni ex plurib. rei debendi in solidum obligatis, an ceteris profit?
- 4 L. ff. de duob. reis, extenditur.
- 5 Vbi cuius ratio est amplior vel generalior dicto suo, ad amplius dicitur ratio extenditur ipsa dispositio.

- 6 Correis sine socijs sit, siue non sit non esset habiturus regressum contra socium liberatum, non liberatur ex pacto, seu liberatione alteri correo facta.
- 7 Liberatio vnus ex pluribus correis obligatis in solidum ex causa lucratua, non extenditur ad alios.
- 8 Extraneus dotans videtur donare.
- 9 Plures rei debendi in solidum obligati, videntur inter se fideiubere, vt vnus eorum soluerit, totum possit exigere ab omnibus correis, ab vnoquoque pro commodo & utilitate quam sensu.
- 10 Pluribus obligatis in solidum ex causa lucratua, soluens solidum, non habet regressum contra ceteros correo.
- 11 L. in lege Falcidia hoc esse seruandum ff. ad l. Falcid. expouitur & ponderatur.
- 12 Creditor liberans vnum ex duobus fideiusorib. sibi cum reo principali obligatis pro debito, in solidum ex causa onerosa, cum protestatione solidum exigendi ab alio, petens solidum, ab alio repellitur pro dimiditate.
- 13 Soluens solidum non poterit petere a creditore, quod sibi cedantur actiones, quoties cessione non facta, non potest repetere partem a correo, vtputa quia sint obligati ex causa lucratua.
- 14 Causa, vt vnus ex pluribus reis debendi, ex causa lucratua soluens, solidum possit a correis partes suas repetere.
- 15 Creditor potest recipere partem debiti sine praedictio solidi, dicens, quod per particularem eam solutionem non sit visus renunciare iuri, quod habet exigendi ab vnoquoque eorum solidum.
- 16 Differentia quae sit inter acceptationem & liberationem.

Allegatio II.

In casu D. B. a me quaesito, ostensa & perlecta scriptura dotis, quam habuit cum sua coniuge, in qua quidem scriptura dotis continebatur, quod fratres & foror dictae vxoris vna simul & vnusquisque eorum in solidum dotabant fororem suam praedictam. cum dicto B. in duobus mille ducatis, & praeterea assuretabat, quod vinculum bonorum, & praedictum valeret solutis censibus, & alijs omnibus debitis & legatis defuncti, trecenta millia dipondiorum, hoc est, octingentos ducatos, ex causa & augmento dotis, ad qua omnia & pro supra dictis omnibus praedicti fratres se obligarunt in solidum de manu communi omnibus renuntiationibus, & clausulis necessarijs ad exactione solidi a quolibet, nulla obstante exceptione. Casus igitur a me quaesitus talis est. Vtrum his se obligatis, & liberato & exento, & dato pro libero a praedicta obligatione respectu dictae assurectationis, vno ex dictis fratribus obligatis per dictos coniuges, prout verba liberationis scripta sonant, praedicta liberatio extendatur ad alios correo, ita, vt in nihilo teneantur respectu dictae assurectationis, vel au saltem pro parte dicti liberati etiam non teneantur, vel teneantur in solidum, non obstante praedicta liberatione.

Et quia t in hac materia, iura infra alleganda differentiam constituunt inter duos, pluresve reos debendi socios vel inter no socios, vt si socij sint, liberatio quoque ceteris profit in solidum, si vero non sint socij, eis non profit nisi pro parte, vt probat tex. capitalis in materia in l. 4. s. nunc de effectu, & ibi gl. mag. & Dd. ff. de liber. leg. l. Vranus, in princ. ff. de fideius. & in l. si stipularis, s. si ff. eod. l. ex duob. ff. de neg. gest. l. si vnus, in princ. ff. de pact. l. si duo ff. de recep. arbit. l. si duo, ff. si quis caut. cum similibus. Praesuppono in t proposito, quando dicantur socij, & quando non socij. In quo sunt tres gl. diuersae, quibus allegatis, resoluit Bartol. in repet. d. l. ex duobus, n. 12. ff. de duob. reis, quod dicitur socij, quando inierunt societatem omnium bonorum, vel illius obligationis, in qua simul omnes sunt obligati, hoc addito in vltimo casu,

casu, vt inter eos agatur, quod omne damnum & emolumentum illius obligationis sit commune, & tenet idem Bart. in dict. l. 4. s. nunc de effectu, n. 5. alias enim non ex eo, quod simul & communiter contrahant & in communes vsus accipiant, sunt socij, nisi expresse dicatur, quod supradictum est, vt de hoc est gl. in l. vir vxori, s. gl. magn. paulo ante finem, ff. ad Vellebanum.

Ex quo resultat, quod in casu praesenti, praedicti tres obligati non sunt socij, sed dicuntur plures rei obligati in solidum non socij.

Quo t sic praehabito, videatur primo dicendum, quod praedicta liberatio & quietatio facta vni ex dictis reis in nihilo profit ceteris obligatis, imo in solidum teneantur sicut antea. Primo, quia hi & vnusquisque eorum sunt obligati in solidum, & pactum factum dicto vni, fuit personale, & non debet ad alios extendi, l. si vnus, s. ante omnia, ff. de pact. vbi cauetur, quod pactum factum super vna re, vel cum vna persona, non extenditur, neque ad aliam rem, neque ad aliam personam: quia cum hoc pactum personale sit, non extenditur ad alios, praeter ad contentos in dicta liberatione & quietatione.

Secundo pro hac parte t facit text. expressus in l. ff. de duobus reis, vbi in duobus reis dicitur, cum persona liberatur, manente obligatione, alter durat obligatus. Neque obstat si dicatur, quod lex illa loquitur tantum & procedit in exento & liberato ab obligatione per capitis diminutionem, quo casu tanquam eo effectu non soluendo, videtur merito dictum, quod ceteri teneantur in solidum, cum ob id vel maxime accipiantur duo rei, vt quod vnus non soluerit, vel non poterit solvere, ceteri obligati teneantur soluere: at vero secus esse in nostro casu, cu ipse creditor liberauerit reum, quo casu ipse suo facto, eum eximit ab obligatione, & sic sibi imputari videtur, & per consequens sibi videatur praedictum inferre, neque enim est de quo conqueratur, nisi de seipso, quod debitorem liberauerit. Quia respondeo quod ratio tex. illius loquetis in exemptione per capitis diminutionem, est generalis, scilicet, cum quis liberatur ab obligatione, & non debet restringi per casum legis specialem.

Quia vbi cuius ratio Legis vel Canonis est amplior vel generalior dicto suo disposito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipsa dispositio: Ita probat text. in l. regula, s. si, & ibi notat Bar. & Bal. ff. de iur. & fact. ignor. bonus tex. in l. 2. s. si mater, vers. quid si curatores, & in vers. quid si decesserint, ff. ad Tertul. optimus tex. in l. nomen debitoris, s. ff. de leg. 3. tenet Ias. in l. id, quod apud hostes, s. ff. de leg. 1. late Euerard. in centuria legal. c. 35. a ratione legis larga & ampla, fol. 114.

Tertio in terminis nostris hanc opinionem tenet Bart. scilicet, quod ceteri remaneant in solidum obligati, in l. ab omnib. ff. de leg. 1. nu. 2. vers. quare, quid in contrahibus: argum. tex. ibi, iuncta gl. vbi probatur, quod si testator grauerit heredes suos, vt cetum Titio dent, & postea eximat & liberet personam vnus heredis ab illa obligatione, inquit tex. ceteros teneri ad omnia integra centum soluenda, & sic etiam pro parte exempti, non tantum pro suis partibus: & gl. ibi, dum allegat l. penult. ff. de duob. reis, & l. stipularis, s. si ff. de fideius. pro concordantibus videtur tenere, quod idem sit in contractibus in duobus reis; Ergo bene Bart. hoc argumento hoc ibi tenet: idem sequitur Paul. de Castr. ibi nu. 5. fingens casum in nostris terminis, & testatur communem doctrinam Bart. in repet. leg. ex duobus reis, nu. 22. ff. de duob. reis.

Secundo principaliter per contrarium videtur, quod in totu sint liberati ceteri correi per liberatio-

ne & acceptilationem vnus, quia acceptilatione vnus liberatur reliqui, ita probat tex. in l. 2. ad si, ibi, & acceptilatione, ff. de duob. reis, leg. si ex pluribus, ff. de acceptilata. Ergo ita & eodem modo & liberatione, quia acceptilatio continet liberationem, tex. in s. item per acceptilationem, Insit. quibus modis tollitur obligatio, cum similibus.

His tamen omnibus non obstantibus tenenda est contraria sententia, imo quod huiusmodi pactum & liberatio extendatur ad alios correo non socios, pro ea parte, pro qua regressum & actionem habent contra liberatum, vtputa, si tota pecunia ad eum peruenierat, vel utilitas tota, in totum censentur ceteri liberati, & possint hac exceptione expellere creditorem agentem contra eos. Si vero pars pecuniae vel utilitatis ad liberatum perueniat, pro ea parte censentur ceteri liberati. Cuius quidem ratio ea est: Quia si aliud diceremus, & ceteri non liberati solidum tenerent soluere, possent postea petere & exigere partem, vel totum secundum rationem supradictam a liberato, & sic eum inquietaret, & praedicta liberatio nihil operaretur nec esset alicuius effectus in persona liberati, vnde merito, quod pro ea parte ceteri liberentur & habeant exceptionem: ita tenet expresse Bart. qui supradictam communem doctrinam ita intelligit vbi supra in dict. nu. 22. & idem Bartol. in d. s. nunc de effectu, nu. 1. post gl. ibi, quae idem tenet, & est alia gloss. quae idem tenet in l. idem in duobus, iuncto tex. ff. de pact. in glossa, ibi non ut noceat alteri vel profit, cum eius principaliter non interfit; Ergo si interfit, bene nocebit, vel proderit: & ita gloss. illam sequuntur ibi Bart. Paul. & Ioan. Orosc. num. 1. & ita sunt intelligenda, quae tradit Math. de Afflict. dec. 2. cap. 19. nu. 13.

Ex quo t inferit Bart. in d. l. ex duobus, d. nu. 22. quod si correis, siue socijs sit, siue non, non esset habiturus regressum contra socium liberatum, vtputa, quia ex sua tantum culpa socius no liberatus conueniretur, pactum, vel liberatio non contingeret ei in aliquo, sed in solidum teneretur: quod dictum intelligi debet generaliter, quando correis non esset habiturus regressum, neque id restringi oportet, quando de culpa tantum sua reus non liberatus conuenitur, quia id gratia exempli ponitur, & non solent exempla artate regulam, iuxta iura vulgaria.

Vnde inferitur t & optime, quod si duo pluresve essent obligati in solidum ex aliqua causa lucratua, vtputa quia volentes donare, promissere, tunc pactum & liberatio vni ex correis factum non extenditur ad alios, sed ceteri in solidum tenentur: & hic est proprius noster casus: nam praedicti tres fratres dorem constituerunt in solidum praedictae sorori suae, vxori dicti Baltharis, & assurectationem faciunt, quod praedictum vinculum & praedictum valebit trecenta millia dipondiorum.

Et cum t sint extranei dotantes, videntur donare, & volentes donare promittunt, si nihil sibi referent, vt probat text. in l. unica, s. accedit, C. de rei vxor. actione, ibi: cum donasse magis mulieri, quam sibi aliquod ius reseruassee extraneus non stipulando videatur, idem probat text. in l. si cum dotem, in princip. ff. solut. matr. & in l. ex more, in fine, C. de pact. conuent. & in l. si extraneus, in fine, ff. de iur. dot. quod etiam patet, quia ex hac dotatione nihil apud eos remanet, sed causa lucratua dant: quo casu non videntur inter se fideiubere, vt dicunt Doctores infra allegandi. Ita hanc opinionem in duobus obligatis ex causa lucratua donare volentibus, tenet Barth. in d. l. 4. s. nunc de effectu, nu. 6. quam etiam loquens in duob. reis credendi, quod idem est cum sint correlatiui, tenet Paul. de Castr. in l. in leg. Falcidia, hoc esse seruandum nu. 3. ff. ad l. Falcid.

QQQ z

9 Et ratio est, quoniam in hoc casu licet regulare & verum sit cum opinione Azonis, quod plures rei debendi in solidum obligati videantur inter se fideiuberi, ut si vnus soluerit totum, possit ab omnibus correis, ab vnoquoque pro commo & vtilitate, quam sentit, exigere, vt post longam disputationem tenuit gl. in l. vir uxori, §. si in gl. mag. ibi, in d. ff. ad Vellei. quam Doctores variis in locis sequuntur, & in specie testantur communem in loco remoto, Bart. n. 35. l. 44. in l. si constant, in princ. ff. solut. matr.

10 Tamen, quoties prædicti rei constituuntur, nõ est causa onerosa, sed lucratiua, vt donationis, tuc hoc casu soluens solidum, non habet regressum contra correos, ex eo, quod pro suo facto, obligatione & donatione soluit, suumque tantum negotium gessit, nõ vero alterius correi, cum sit quid incompatible & repugnantia, quod donet, & statim contradicat, exigendo ab alijs, quod prius donauit: ita tenet Bartol. licet sic non declaret in d. §. nunc de effectu, n. 6. per text. optimum in d. l. in lege Falcidia, hoc est seruandum, vbi idem tenet Bart. ante n. 1. dicens, de ista l. feci magnu festum in materia de duobus reis; & idem tenet idem Barth. per supradictum text. in l. reos. n. 2. ad ff. de duob. reis, vbi Paulus nu. 1. idem sequitur etiam Salyc. in l. 1. n. 7. C. de duob. reis, dicens, quod quando sunt obligati ex mera liberalitate, quia nihil receperunt non videntur inuicem fideiuberi, etsi sint socij; idem quoque sequitur Bald. ibi. n. 3. loquens in obligatis ad eandem pecuniam ex causa donationis, sequitur las. in l. si tibi homo, §. 1. nu. 12. ff. de leg. 1. & testatur communem esse hanc opinionem Ant. Gom. 1. tom. c. de legat. nu. 17. in 3. limitat. i. one: & idem cap. de duobus reis, nu. fin. col. ff. qui omnes ad hoc allegant d. l. in lege Falcidia, & c. & maxime commendant, adeo, vt Paulus ibi, n. 2. dicat, non reperiri meliorem illa leg. ad hoc, & ideo eam inducam, vt plurimum virgeat, licet prima facie videatur nihil probare.

11 Nam casus in illo text. ita potest assignari: Dubitabatur in illa l. quomodo heres deberet detrahere Falcidiam in casu quo testator esset cum altero correis credendi vel debendi: Et inquit text. quod siquidem socij sunt in eare, diuidi debeat inter eos obligatio, ac si singuli partem pecuniae stipulati essent vel promississent, & tunc de illa dimidietate debet detrahi vel ampliari Falcidia, quod si socij non sint, vt in nostro casu, in pendenti esse creditum & debitum in vtrius bonis computari oportet, id, quod debetur testatori, & alteri, vel ex cuius bonis detrahi debeat. Vides igitur differentiam inter primum & secundum casum legis, quando socij sunt, & quando socij non sunt: Na primo fit computatio vel detractio pro parte, in secundo autem inquit, & probat, vt fit bona differentia, quod sit in pendenti, an ex bonis vnus tantum solui debeat, scilicet, an conueniatur defunctus, vel eius heres, vel non, quia si conueniatur, totum detrahitur; Ergo manifestissime probatur ex eo, quod erant obligati ex causa lucratiua, quia si ex onerosa tenerentur, non esset in pendenti, cum clarum esset, partem tantum computandam vel detrahendam esse, cum sit notum, quod licet vnus conueniatur in solidum, & soluerit totum, debet partem, vel solidum pecuniae vel vtilitatis, quod sentit alter, exigere ab eo, pro quo soluit, iuxta supra late dicta; Vnde non deberet esse in pendenti, cum in claris non sit locus coniecturis; Ergo non ex onerosa, sed lucratiua causa ibi tenebantur, & vnus soluens totum, nihil repetit: & ita reuera meo iudicio voluerunt omnes Dd. supra allegati inducere text. illum, licet sic non declaret, & est difficilis, attamen vrgens ponderatio.

12 Adde hinc esse, quod si creditor liberet vnum ex

duobus fideiussoribus, sibi cum reo principali obligatis pro debito in solidum ex causa onerosa, cum pro testatore, quod saluum sibi remaneat jus exigendi solidum ab alio, & totum debitum petat ab illo fideiussore, qui remansit obligatus; poterit quidem eum repellere fideiussor pro dimidietate, eo, quod creditor non potest cedere huic fideiussori actiones, p. dimidia parte debiti recuperanda ab alio confiduiussore liberato ab obligatione, contra quem iste fideiussor habebat regressum, nisi ipse fideiussor renuntiallet expresse beneficio cedendarum actionum, vel beneficio fideiussorum, vel generaliter omni legum auxilio, ita late & optime declarat Martheus de Affiliis dec. Neap. 182. nu. 10. & sequi vnde a fortiori idem erit, quando creditor non seruauit sibi prædictum jus recuperandi solidum ab altero obligato in solidum, quia sibi debet imputare creditor, qui vnum obligatum exemit ab obligatione, quia alter non fideiussor, si id sciuisset a principio.

Item in nostro casu supra posito, cum prædictio obligati non liberati non habeant regressum contra correu liberatu ex persona sua, quia sunt obligati ex causa lucratiua donationis, vel simili per consequens illum regressu non habebunt ex persona creditoris, cui solutio fit solidi; Ita quod soluens solidum non poterit dicere & petere a creditore, quod sibi cedantur actiones. Primo, nam cum non repetat partem cessione non facta, non est sibi cessio facienda ad idem, cum iam admitteretur per indirectum per alium ad id quod ex sua persona non potest, contra iura vulgaria. Secundo, quia hic soluens tantum negotium suum gerit, non correi, cum non sint socij: & in expresso ita tenet Barthol. in l. Modestinus, nu. 5 & 8. ff. de solut. & ibi optime Paul. n. 4. dicit etiam Salyc. n. 4. & 5 in l. 1. C. de duob. reis, & ibi Bald. n. 3. tenet idem Bart. nu. 1. Paul. 2. in d. l. in lege Falcidia, & c.

Item ratio, quia prædicti omnes obligati & mancomunati ex causa lucratiua ita tenentur, vt vnusquisque soluens solidum, non habeat regressum contra alium, quia suum debitum soluisse videtur, & nõ alterius, licet omnes vnus solutione liberentur, si curi quando vnus totam pecuniam, vel vtilitatem sentit & recipit; cui lucro & vtilitati renuntiare & id accipere videntur cum donant, sicut in nostro casu, cum isti donatores in solidum videantur donare, per iura superius allegata, & sic vnus soluens, non habet regressum contra alterum, ac per consequens, pactum & liberatio vnus alteri prodesse non debet, nec respectu partis soluetis, quia hic non datur pars, sed imo totum remanet penes quemcumque vtilitate & obligatione, cum vnus non magis sentiat vtilitatem, quam alius, quia nihil ad eos peruenit, & sic ex lucratiua causa tenentur, vt præstantur dicti Doctor. nisi ita obligati essent correi, vt locietas inter eos esset secundum Doctor. supradictos: que scilicet societas cum non interuenerit, hoc est, quod non sint socij omnium bonorum, neque illius debiti, cum inter prædictos donantes non sit actum, quod damnus & commodum illius obligationis pariter pertineat ad omnes, prout requiritur iuxta supradicta, constat manifestissime, quod neque vnus ex prædictis donatoribus tenetur alteri, neque alter alteri, & per consequens, quod liberato vno ex eis, ceteri remanent obligati in solidum.

Cautela igitur erit ex supradictis omnibus, quod quando plures obligantur in solidum ex causa aliqua lucratiua, faciant inter se scripturam, in qua inter se fideiubeant inuicem, vel in eodem instrumento, in quo se obligat, creditor dicant, quod ita obligantur, vt commodum & damnus illius obligationis perueniat, & tan-

& tangat pariter omnes obligatos, ita quod si vnus soluerit solidum, possit à ceteris obligatis partes suas recuperare, quia tuc hoc casu sunt socij, & per consequens dabitur regressus & actio inter eos, & pactum vnus, siue liberatio extendetur ad omnes respectu solidi, si prædicta societas inita est, secundum Bart. in d. l. ex duob. n. 22. & si creditor grauetur & cõqueratur ex hac pactione, quia sibi præiudicium fieri videatur quoad solidi ab vnoquoque, exactiõnem, apponatur in scriptura, quod hoc faciunt dicti debitoribus & rei sine præiudicio iuris, quod habet dictus Titius creditor solidum exigendi ab vnoquoque; quæ est optima cautela, & respectu correorum debendi ex causa lucratiua probatur ex suprad.

Respectu vero t creditoris probatur per ea, quæ tradit Cæpolla, cautela 257. vbi consultit, quod quando creditori soluitur pars, recipiat eam, dicendo, recipio saluo iure solidi, vel clarius dicendo, quod per particularem eam solutionem & receptionem non fit visus renuntiare iuri, quod habet exigendi ab vnoquoque eorum in solidum.

Ex quibus sequitur & inferitur, quod cum supradicta cautela non sit facta inter prædictos dotantes, neque aliquid ex supradicta quod nullo iure erunt inter se obligati, ac ideo liberatio facta vni eorum, non proderit in aliquo ceteris dotantibus.

16 Nec obstat secunda opinio principalis supra posita, quæ concludit, liberationem vnus omnibus prodesse. Quia respondeo, inter acceptilationem & liberationem hanc esse differentiam, quia acceptilatio est solutio, vt in d. §. item per acceptilationem, solutione autem vnus omnes liberantur, l. 3. §. si ff. de duob. reis, & sic acceptilatio est in rem: at pactum vel liberatio non est solutio, sed potius gratia facta personæ, vnde tanquam in personam non extenditur, vt probat text. in d. §. ante omnia, d. l. vnus ff. de pact. ita gl. in d. l. §. nunc de effectu ff. de liber. leg. quæ ibi sequitur Bart. n. 4. quæ quidem omnia verissima sunt, & à Doctoribus recepta Et ita ego Ioannes Gutierrez consuli in causa narrata Anno 1564. mense May, quæ postea fuit in iudicio deducta, decem & nouem annis iam elapsis, & sententia diffinitiuata lata fuit iuxta hanc meam allegationem per eximium Iuriconsultum D. Nauarrese, nunc Canonicum Doctor. meritisim. Toleranæ eccles. iudicem Metropol. Salmantinum reuocata in totum sententia contraria, lata in prima instantia, quæ sententia secunda transiit in rem iudicatam.

S V M M A R I A.

- 1 Restitutio à Principe statim, etiam antequam ad notitiam eius perueniat, gaudet beneficio illo restitutionis, & num. seqq.
- 2 Libertas data per testatorem acquiritur ignorantibus.
- 3 Matrimonium dissoluitur, licet libellus repudij non sit traditus vel cognitus marito.
- 4 Beneficia Principum latissime sunt interpretanda.
- 5 Rescriptum & privilegium Papæ legitimandi spurios & incestuosos disimulim extenditur ad illum, qui simul spurius & incestuosus sit secundum communem opinionem legistarum.
- 6 Privilegiato quod acquiritur ius à tempore scientiæ, & num. seqq.
- 7 Filius in l. electus in dignitatem Patricij, liberatur à patria potestate statim, quod sibi præstantur litteræ electionis.
- 8 Civitas si elegerit peritum in potestatem, poterit etiam reuocare antequam acceptet.
- 9 Dilatio concessa absentibus non currit, nisi eis notificata sit.
- 10 Privilegium alicui concessum non quaritur ei ignorantibus, sed à tempore certificationis.

- 11 Sola scientia sufficit pro validitate privilegij, vel donationis.
- 12 Mulier donationem sibi absentis factam potest repudiare, non seruata solemnitate statuti disponentis, quod in alienationibus mulierum interfit consensus consanguineorum.
- 13 Solemnitas, quæ requiritur in construendo actum, requiritur in eo destruendo.
- 14 Pupillus non potest repudiare fundum sibi legatum sine tutoris auctoritate.
- 15 Hodie iure Regio non poterit mulier repudiare donationem sibi absentis factam absq. licentia mariti.
- 16 Bart. concordatur sibi ipsi.
- 17 Text. in c. gratia, quæ de rescript. in 6. loquens in gratia Papa in beneficalibus facta, non extenditur ad beneficium Principis in delictu indultum.
- 18 Similitudo ut sit bona, satis est, quod in casu, de quo agitur, conueniatur, licet in alio deficiat.
- 19 Papa vel Imperator in rescriptis non videntur velle alterare formam iuris, nisi ex certa scientia id faciant.
- 20 Rescriptum seu privilegium Papa legitimandi spurios vel incestuosos disimulim, non extenditur ad incestuosum & spurium simul, secundum communem opinionem Canonistarum.
- 21 Statuta, quæ solum commodum afferunt, ligant à tempore concessionis.
- 22 Capieus exbannitum, debet habere pramium statuti, etiam si id ignorauerit, tamen tamen sciat exbannitum esse.
- 23 Concordia las. ad Bart. doctrinas, quæ videntur contrarie, & nu. seq.
- 24 Dispositiones legales potius debent regulari secundum voluntarium voluntarium, quam contractuum.
- 25 Privilegium ignorantibus prodest, sed non efficaciter, antequam sciat, quoniam possit reuocari.
- 26 Liquidum relegatus ff. de reb. dub. intelligitur.

Allegatio III.

Quia haud inelegans disputatio, neque indignus mihi semper visus fuit articulus ille: A quo tempore beneficia Principis acquirantur? ideo nonnulla de eo hic præfari libuit, in quo si quid boni dixerò, laudetur Dominus noster Iesus Christus, si vero mali, imperitiæ meæ attribuat, ita quod ipse solus redarguar, vt inquit Bart. in repet. l. non solum, §. morte, nu. 10. ff. de nou. oper. nuntiat.

Et imprimis t quæstio hæc summe difficilis est, in qua Barth. præter morem suum sibi met contradicere videtur; Nam ipse in l. si nu. 5. C. de sentent. pass. dicit, restitutum a Principe statim, etiam antequam ad eius notitiam perueniat, gaudere beneficio illo restitutionis in se collato. Pro quo primo ipse inducit text. in c. gratia, quæ de rescript. in 6. vbi probatur, absentibus & ignorantibus conferri posse beneficium, ac perinde eius fuisse domino quaesitum; Igitur ita in gratia principis dicendum est.

Secundo t pro hac doctrina Barth. facit, quod ipse met allegat. sc. l. eius, qui in prouincia, §. si ff. de cert. pet. vbi libertas data per testatorem acquiritur ignorantibus, quod quidem fundamentum ipse augeo, hoc modo, quia voluntas Principis & testatoris æquiparantur: text. in aut. de nupt. §. disponat. col. 4. text. in l. filium quem habentem, ibi, sanxit testator, C. famul. ercisc. l. in condictionibus vnum locum, in princ. ff. de condit. & demonstrat. l. si fratres, §. idem respondit ff. pro soc. cum similib. sed legata relicta à testatore cedunt à morte defuncti, & quaeruntur ignorantibus: vt probat text. in d. §. fin. text. optimus in l. cum pater, §. surdo ff. de leg. 2. l. a Titio, cum materia ff. de fut. Ergo ita & eodem modo beneficia Principis quaerunt debent ignorantibus: æquiparatum enim